Auxilium meum a domino
qui fecit celum et terram.
Non det in commocionē pedē
tuum neq; dormiet q̄ custodit te.
Ecce non dormitabit neq; dor
miet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
ptectio tua sup manū tuā dextera.
Per diem sol non uret te neq;
luna per noctem.
Dominus custodit te ab omi
malo custodiat aīam tuā dñs
Dominus custodiat introitū
tuum: et exitum tuum ex hoc

nunc et usq; in seculum.
Gloria patri et filio. Psalmus.
Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi in do
mum domini ybimus.
Stantes erant pedes nostri in a
triis tuis iherusalem.
Iherusalem que edificatur ut
civitas cuius participacio eius
in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt trib;
tribus domini testimonium is
rael ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iu
dicio sedes super domum david.

Rogate que ad pacem sunt iherusalem: et habundancia diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua et habundancia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacē de te.

Propter domum domini dei nr̄i quesiui bona tibi.

Gloria p̄ri et filio et sp̄ui sc̄o. a̅.

Quando natus es ineffabiliter ex uirgine maria tunc implete sunt scripture sicut pluuia in uellus descendisti ut saluum faceres genus humanum te laudamus deus nr̄. capitulum

Per te dei genitrix est nobis
uita perdita data que de
celo suscepisti prolem et mundo
genuisti saluatorem. Deo g[ratias]. R.
Post partum uirgo inuiolata p[er]ma
sisti. V. Dei genitrix intercede pro nobis. In
uiolata p[er]mansisti. Gloria p[at]ri et filio et
spiritui s[an]c[t]o. Post partum uirgo i[n]uiola. V.
Sancta dei genitrix u[ir]go s[em]p[er] maria. R.
Intercede pro nobis ad d[omi]n[u]m deum
nostrum. Domine exaudi orac[i]one[m] mea[m].
Et clamor meus ad te ueniat.
Oremus. Oracio
Protege domine famulos
tuos subsidijs pacis et

beate marie semper virginis nos
propriis confitentes a cunctis
hostibus redde securos.

Adsit nobis quesumus
domine virtus et conso
lacio spiritus sancti. que corda et
corpora nostra clementer expurget
et ab omnibus tueatur adversis.
Per dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum vivit et
regnat in unitate spiritus sancti deus
per christum dominum nostrum. Amen.

Ad sextam.

Deus in adiutoriu[m]
meum intende.
Domine ad adiu
uandum me festina.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum.
Domus pudica pectoris
templum repente fit dei
intacta nesciens virum verbo con-
cepit filium.
Maria mater gracie mater miseri-
cordie tu nos ab hoste protege et hora
mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen. an.
Rubum quem viderat. ps. Ad.
Ad te levavi oculos meos

qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi servorum: in
manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus
domine sue: ita oculi nostri ad do
minum deum nostrum donec mi
sereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere
nostri: quia multum sumus despec
tione.
Quia multum repleta est
anima nostra opprobrium habun
dantibus et despectio superbis.
Gloria patri. psalmus
Nisi quia dominus erat

in nobis dicat nunc israel: nisi
quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in
nos forte uiuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum
in nos forsitan aqua absorbuis
set nos.
Torrentem pertransiuit aīa
nr̄a forsitan pertransisset ani
ma nr̄a aquam intollerabilē.
Benedictus dominus qui
non dedit nos in capcione den
tibus eorum.
Anima nr̄a sicut passer erep
ta est de laqueo uenancium.

Laqueus

Laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celũ ꝫ trã.

Gloria pri. psalmus dd.

Qui confidunt in domino sicut mons syon: non cõmouebitur in eternum qui hitat in ierusalem.

Montes in circuitu eius et dñs in circuitu populi sui ex hoc nunc et usq; in seculum.

Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniqui

tatem manus suas.

Benefac domine bonis et rectis corde.

Declinantes autem in obligaciones adducet dominus cum operantibus iniquitatem pax super israel.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. Antiphona.

Rubum quem viderat moyses incombustum conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem dei genitrix intercede pro nobis. Capitulum.

Ego flos campi et lilium convalium sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Deo gracias. R.

Sancta dei genitrix uirgo semp marï. ℣.
Intercede pro nobis ad dnm̄ deum
nrm̄. Virgo semp maria. Gloria prī.
Sancta dei genitrix uirgo semp maria.
Ora pro nobis scā dei genitrix. ℟.
Ut digni efficiamur promissionibȝ x̄.
Domine exaudi oronem meam
Et clamor meus ad te ueniat.
Oremus. Oracio.
Beate et gloriose semperq;
uirgi[...]s marie quesu
mus omnipotens deus: interces
sio gloriosa nos protegat et ad
uitam perducat eternam. orō.
Mentes nr̄as quesumus do

spiritus paraclitus qui a p̄re pro
cedit illuminet et inducat in
omnem sicut tuus promisit ve
ritatem. Per dominum nr̄m ihe
sum xp̄m filium tuum qui tecũ
vivit et regnat in unitate spirit'
sancti deus per omnia secula secu
lorum. Amen.

Benedicamus dño.

Deo gracias.

Pater nr̄.

Ad nonam.

Deus in adiutoriu
meum intende.
Domine ad adiu
uandum me festina.
Gloria pri et filio et spui sco.

Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

Mira est puerpera ymnus.
Quem gabriel predixerat quem matris aluo gestiens clausus iohannes senserat.

Maria mater gracie mater misericordie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. antiphona.

Ecce maria. psalmus.
In convertendo dominus captivitatem syon: facti

sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os
nr̄m et lingua nr̄a in exultacōe.

Tunc dicent inter gentes ma
gnificauit dominus facē cū eis.

Magnificauit dominus facē
nobiscum facti sumus letantes.

Conuertē domine captiuita
tem nr̄am sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis: in
exultacione metent.

Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua.

Uenientes autē uenient cum
exultacione portantes manipu

pulos colliget. Gloria patri. ps.
Nisi dominus edificauerit
domum: in uanum la
borauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciui
tatem frustra uigilat qui custodit
eam.
Uanum est uobis ante lucē
surgere surgite postq̄ sederitis qui
manducatis panē doloris.
Cum dederit dilectis suis somp
num: ecce hereditas domini filij
merces fructus uentris.
Sicut sagitte in manu poten
tis: ita filij excussorum.

Beatus uir qui impleuit desi
derium suum ex ipsis non confũ
detur cum loquetur inimicis suis
in porta.
Gloria prĩ et filio et spũi scõ. P.
Beati omnes qui timẽt
dominum: qui ambu
lant in uiis eius.
Labores manuum tuarum
quia manducabis beatus es et
bene tibi erit.
Uxor tua sicut uitis habundãs
in lateribus domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuar
um in circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona iherusalem omnibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. A.

Ecce maria genuit nobis salvatorem quem iohannes videns exclamavit dicens. ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi alleluia. capitulum.

Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa

dedi suauitatem odoris. Deo gr. ℟
Ora pro nobis sca dei genitrix. ℣.
Ut digni efficiamur promissionibz
xpi. Sca dei genitrix. Gloria pri et filio
et spui sancto. Ora pro nobis sca d. ℟
Speciosa facta es et suauis. Versus
In delicijs tuis sca dei genitrix. Oro
Famulorum tuorum qs dne de
lictis ignosce ut qui tibi
placere de actibz nris no ualemus
genitricis filij tui dni nri ihu x
intercessione saluemur.
Mentibz nris qs dne spm
scm benignus infunde cui et sapiencia
conditi sumus et prudencia gubnam. p.

Ad uesperas.

Deus in adiutorium
meum intende. Domine ad adiu
uandum me festina.

Gloria pñi et filio et spũi scõ.
Sicut erat in principio et nũc.
et semp et in secula sclorum. Amen. añ.
Beata mr. ps dauid.
Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi in domum dñi
ybimus.
Stantes erant pedes nri in a
triis tuis ierusalem.
Ierusalem que edificatur ut
ciuitas cuius participacio eius
in idipm.
Illuc enim ascenderunt trib;
tribus domini testimonium isrl
ad confitendum nomini dñi.

Quia illic sederunt sedes in iu
dicio sedes: super domum david.
Rogate que ad pacem sunt ihe
rusalem z hñdancia diligẽtib; te.
Fiat pax in uirtute tua: et ha
bundancia in turrib; tuis.
Propter fratres meos et pro
ximos meos et proximos meos
loquebar pacem de te.
Propter domũ domini dei nr̃i
quesiui bona tibi.
Gloria pñ et filio. psalmus.
Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum in

manuu; dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in mani
bus domine sue ita oculi nr̄i ad
dominum deum nr̄m donec mi
sereatur nr̄i.
Miserere nr̄i domine miserere
nr̄i: quia multum repleti sumꝰ
despectione.
Quia multum repleta est ani
ma nr̄a obprobrium habundā
tibus et despectio superbis.
Gloria pr̄i. psalmus.
Nisi quia dominus erat ī
nobis dicat nunc israel:
nisi quia dominus erat ī nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte uiuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit aĩa nr̃a forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui nõ dedit nos: in captionem dentib; eor.
Anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo uenancium.
Laqueus contritus est ẽt nos liberati sumus.
Adiutorium nr̃m in noĩe dñi

quĩ fecit

qui fecit celum et terram.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. Ps

Qui confidunt in domino sic mons syon non commo uebitur in eternum qui habitat in ierusalem.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in seculum.

Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis et rectis corde.

Declinantes autem in obliga

cciones adducet cum operantibus iniquitatem pax super israel.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
In convertendo dominus ps.
captivitatem syon facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra in exultacione.
Tunc dicent inter gentes magnificavit dominus facere cum eis.
Magnificavit dominus nobiscum facti sumus letantes.
Converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro.
Qui seminant in lacrimis

in exultacione metent.
Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua.
Venientes autem venient
cum exultacione portantes ma
nipulos suos.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. A.
Beata mater et innupta virgo glo
riosa regina mundi intercede pro nobis
ad dominum. capitulum.
Beata es virgo maria que
dominum portasti creatorem
mundi genuisti qui te fecit et in
eternum permanes virgo. Deo gratias. R.
Felix namque es sacra virgo maria

et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie xpc deus nr. Versus.

Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu senciant omnis tuum leuamen quicumque celebrant tuam commemoracionem. Quia ex te ortus est sol iusticie xpc deus nr. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Quia ex te ortus est sol iusticie xpc deus nr. Hymnus.

Ave maris stella dei mater
alma atque semper virgo
felix celi porta.

Sumens illud ave gabrielis
ore funda nos in pace mutans
nomen eve.

Solue uincla reis profer lumen
cecis mala nr̄a pelle bona cuncta
posce.
Monstra te esse matrem sumat
per te preces qui pro nobis natus
tulit esse tuus.
Uirgo singularis inter omnes
mitis nos culpis solutos mites
fac et castos.
Uitam presta puram iter para
tutum ut uidentes ihm̄ semper
collętemur.
Sit laus deo prī summo xp̄o de
cus spūi sancto trinus honor un'.
Amen. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis

℞. Propterea benedixit te deus in eternum.
Aña. Sancta maria. Ps. XV.
Magnificat: aĩa mea dñm.
Et exultavit spiritus
meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem an
cille sue: ecce enim ex hoc beatã me
dicent omnes generaciones.
Quia fecit michi magna qui
potens est: et sanctum nomen eius.
Et mĩa eius a progenie in pro
genies timentibus eum.
Fecit potenciam in brachio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et ex

altauit humiles.

Esurientes impleuit bonis et
diuites dimisit inanes.

Suscepit israel puerum suū
recordatus est misericordie sue.

Sicut locutus est ad p̄res nr̄os
abraham et semini eius in s̄c̄l'a.

Gloria pr̄i et filio et sp̄ui sc̄o. A̅.

Sancta maria succurre miseris iuua
pusillanimes refoue flebiles ora pro po
pulo interueni pro clero intercede pro
deuoto femineo sexu.

Domine exaudi orōnē meam.

Et clamor meus ad te ueniat.

Oremus. Oracio

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti deus per christum dominum nostrum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gracias.

Pater noster.

Ad completorium.

Conuerte nos deus
salutaris nr̄.
Et auerte iram
tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria pr̃i et filio et spiri sc̃o
Sicut erat in principio et nũc
et semp̃ et in secula seculorum.
Cum iocunditate. psalmus.
Usquequo domine obliui
sceris me in finem: usq̃
quo auertis faciem tuam.
Quamdiu ponã consilia in
anima mea: dolorem in corde
per diem.
Usquequo exaltabitur ini

inimicus meus super me: respice
et exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne
umquam obdormiam in mor
te nequando dicat inimicus
meus preualui aduersus eum.
Qui tribulant me exultabunt
si motus fuero: ego autē in mīa
tua speraui.
Exultabit cor meum in salu
tari tuo cantabo domino qui
bona tribuit michi et psallam
nomini dñi altissimi.
Gloria ptī. ps.
Iudica me deus et discerne

causam meam de gente non scã
ab homine iniquo et doloso erue
me.
Quia tu es deus fortitudo mea
quare me repulisti et quare tri
stis incedo dum affligit me ini
micus.
Emitte lucem tuã et veritatẽ tuã:
ipsa me deduxerunt et adduxerũt
in montem sanctum tuum et
in tabnacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad
deum qui letificat iuventutem
meam.
Confitebor tibi in cythara ds̃

deus meus quare tristis es aīa me
a et quare conturbas me.

Spera in deo qm̄ adhuc con
fitebor illi salutare vultus mei
et deus meus.

Gloria pr̄i et filio et s. ps. ddd.

Sepe expugnaverunt
me a iuventute mea: di
cat nunc israel.

Sepe expugnaverunt me a
iuventute mea: etenim non
potuerunt michi.

Supra dorsum meum fabri
caverunt peccatores prolonga
verunt iniquitatem suam.

73

Dominus iustus concidet cer
uices peccatorum confundantur
et conuertantur retrorsum omnes
qui oderunt syon.

Fiant sicut fenum tectorum
quod priusquam euellatur exaruit.

De quo non impleuit ma
num suam qui metet et sig
num suum qui manipulos
colliget.

Et non dixerunt qui prete
ribant benedictio domini super nos
benediximus uobis in nomine
domini.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Domine non est exaltatū
cor meum: neq; elati
sunt oculi mei.
Neq; ambulaui in magnis:
neq; in mirabilibus sup
me.
Si non humiliter sentiebā
sed exaltaui animā meam.
Sicut ablactatus est super
matre sua ita retribucio in aī
ma mea.
Speret israel in domino ex
hoc nunc et usq; in seculum.
Gloria pr̄i et filio. anthā.
Cum iocunditate memoriam be

marie celebremus ut ipsa pro nobis inter
cedat ad dominum ihm xpm. Caplm.
Maria semp virgo letare
que meruisti xpm porta
re celi et terre conditorem quia de
tuo utero protulisti mundi sal
uatorem. Deo gracias. ymnus.
Virgo dei genitrix quem to
tus non capit orbis in
tua se clausit uiscera factus hō.
Vera fides geniti purgauit cri
mina mundi et tibi uirginitas
inuiolata manet.
Te matrem pietatis opem te
clamitat orbis. subuenias fa

mulis o bndicta

uirilis o bñdicta tuis.
Gloria magna prĩ compar tibi
gloria nate cum scõ spiritu glĩa
magna prĩ. Amen. Versus.
Ecce ancilla domini. Responsorium
Fiat michi secundum ũbũ tuũ.
Tota pulchra es. psalmus.
Nunc dimittis seruum
tuum domine secundũ
uerbum tuum in pace.
Quia uiderunt oculi mei salu
tare tuum.
Quod parasti ante faciem oĩ
um populorum.
Lumen ad reuelacionem gẽ

cium et gloriam plebis tue israel.
Gloria patri. *Antiphona* Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. *Oratio.*
Concede quesumus misericors deus fragilitatis nostre presidium ut qui sancte dei genitricis semper virginis mariae memoriam agimus intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. *Oratio.*
Sancti spiritus quesumus domine corda nostra mundet infusio et sui roris intima aspersione fecundet. Per xpistum dominum.

Hic incipiunt vii. psalmi.

Aña. Ne reminiscaris ps.
Domine ne in furore
tuo arguas me neque
in ira tua corripias me.

Miserere mei domine quoniam infir
mus sum sana me domine quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est val
de: sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe ani
mam meam: salvum me fac propter
misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte
qui memor sit tui in inferno
autem quis confitebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo la
vabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus
meus inveteraui inter omnes
inimicos meos.
Discedite a me omnes qui op
eramini iniquitatem quoniam
exaudiuit dn̄s fletus mei.
Exaudiuit dominus depre
cationem meam: dominus
orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur
uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ual
de uelociter. Gloria pr̄i. ps dd.
Beati quorum remisse
sunt iniquitates et q̄r

tecta sunt peccata.

Beatus uir cui non imputa uit dn̄s nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est su per me manus tua conuersus sum in erumpna mea dum con figitur spina.

Delictum meum et cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino et tu remisisti impietate peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus
in tempore oportuno.
Verumptamen in diluvio aquarum
multarum ad eum approximabunt.
Tu es refugium meum a tribu
lacione que circumdedit me exul
tacio mea erue me a circumdanti
bus me
Intellectum tibi dabo et instru
am te in via hac qua gradieris et
firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus
quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non appro

rimant ad te.

Multa flagella peccatoris sperā
tem autem in domino misericor-
dia circumdabit.

Letamini in domino et exul
tate iusti: et gloriamini omnes
recti corde.

Gloria pr̄i et filio. psalmus dd.

Domine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira
tua corripias me.

Qm̄ sagitte tue infixe sunt
michi: et confirmasti sup me
manum tuam.

Non est sanitas in carne mea

a facie ire tue non est ossibus mei
a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee sup gres
se sunt caput meum et sicut ones
grave gravate sunt sup me.
Putruerunt et corrupte sunt ci
catrices mee a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curvatus
usque in finem tota die contristat
sum ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
sunt illusionibus: et non est in
carne mea.
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis rugiebam a gemitu

cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum et gemitus meus a te nõ est absconditus.

Cor meum conturbatum est in me dereliquit me uirtus mea et lumen oculorum meorum et ipm non est mecum.

Amici mei et proximi mei adůsum me appropinquauerunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt et uim faciebãt qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala m

locuti sunt vanitates et dolos tota
die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus
non audiebam et sicut mutus
non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo nõ
audiens et non habens in ore suo
redargutiones.
Qm̄ in te domine speravi tu ex
audies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergau
deant michi inimici mei: et dū
commoventur pedes mei super me
magna locuti sunt.
Qm̄ ego in flagella paratus

sum: et dolor meus in conspectu
meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annun
ciabo et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt
et confirmati sunt super me et
multiplicati sunt qui oderunt
me inique.
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant michi quoniam
sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus
meus ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum
domine deus salutis mee.

Gloria patri et filio et spiritui. Ps.
Miserere mei deus secundum
magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem
miseracionum tuarum dele iniqui
tatem meam.
Amplius lava me a me domine
ab iniquitate mea et a peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco: et peccatum meum
contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum co
ram te feci ut iustificeris in sermo
nibus tuis et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti in
certa et occulta sapiencie tue ma
nifestasti michi.
Asperges me domine ysopo et
mundabor lavabis me et sup
nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ
et leticiam et exultabunt ossa
humiliata.
Averte faciem tuam a pccis
meis: et oẽs iniquitates meas dele.
Cor mundũ crea in me deus

et spm rectu in noua i uiscib; meis.
Ne proiicias me a facie tua et spi
ritum scm tuu ne auferas a me.
Redde michi leticiā salutaris
tui et spiritu principali confir
ma me.
Docebo iniquos uias tuas et
impij ad te conuertantur.
Libera me de sanguinib; deus
ds salutis mee: et exultabit lin
gua mea iusticiam tuam.
Domine labia mea aperies
et os meum annūciabit laudē tuā.
Qm si uoluisses sacrificiū dedis
sem utiq; holocaustis ñ delectabis.

Sacrificium deo spiritus contri
bulatus cor contritum et humi
liatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon: ut edificentur
muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium
iusticie oblaciones et holocau
sta tunc imponent super altare
tuum vitulos.
Gloria patri et filio. psalmus.
Domine exaudi oracionem
meam: et clamor meus
ad te veniat.
Non avertas faciem tuam a

me in quacumque

me in quacumq; die tribulor: incli-
na ad me aurem tuam.
In quacumq; die invocavero
te velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus
dies mei et ossa mea sicut cremiũ
aruerunt.
Percussus sum ut fenum et
aruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhesit os
meum carni mee.
Similis factus sum pellica-
no solitudinis: et factus sum si-
cut nicticorax in domicilio.

Vigilaui et factus sum sicut
passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi
inimici mei et qui laudabant
aduersum me iurabant
Quia cinerem tanq̃ panem
manducabam et potum meũ
cum fletu miscebam.
A facie ire indignacionis tue
quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra decli
nauerunt et ego sicut fenũ arui.
Tu autem domine ineternũ
pmanes et memoriale tuum
in gñacione et gñacionem

Tu exurgens domine misere
beris syon: quia tempus miserendi
di eius quia venit tempus.
Quia placuerunt servis tuis la
pides eius et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tu
um domine et omnes reges terre glo
riam tuam.
Quia edificavit dominus syon:
et videbitur in gloria sua.
Respexit in oracionem humi
lium et non sprevit precem eorum.
Scribantur hec in generacione
altera: et populus qui creabitur
laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto
suo: dn̄s de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum:
ut solueret filios interemptorum.
Ut annuncient in syon nomē
domini: et laudē eius in ierusalē.
In conueniendo ppl̄os in
unum et reges ut seruiāt dn̄o.
Respondit ei in uia uirtutis
sue paucitatē dierum meorum
nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio die
rum meorum in generacione
et generacionem anni tui.
Inicio tu domine terrā funda

dasti et opera manuum tuarum
sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem pma
nes et oms sicut uestimentum uete
rascent.
Et sicut opertorium mutab
et eos et mutabuntur tu autem
idem ipse es et anni tui nō deficient.
Filii seruorum tuorum hita
bunt et semen eorum in seculū
dirigetur. Gloria pri. ps dd
De profundis clamaui
ad te domine dn̄e exau
di uocem meam.
Fiant aures tue intendentes

in vocem deprecacionis mee.
Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciacio est et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius speravit anima mea in domino.
A custodia matutina usque ad noctem speret israel in domino
Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redempcio
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius.

86

Gloria pri psalmus dauid.

Domine exaudi orōnē meā
auribus pcipe obsecracōnē
meam: in ueritate tua exaudi v
me in tua iusticia.

Et non intres in iudicium
cum seruo tuo: quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo oīs
uiuens.

Quia persecutus est inimicus
animam meā humiliauit in
terra uitam meam.

Collocauit me in obscuris sic
mortuos seculi et anxiatus est
sup me spiritus meus in me

turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiam tuam quia in te speravi.

Notam fac michi viam in
qua ambulam quia ad te leua
ui animam meam.
Eripe me de inimicis meis do
mine ad te confugi doce me face
voluntatem tuā quia d̄s me᷒ es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam ꝓpter nom
tuū dn̄e viuificabis me in equi
tate tua.
Educes de tribulacione ani
mam meam et in miā tua di
sperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulāt
animā meam qm̄ ego seruus

tuus sum.
Gloria patri et filio. antiphona.
Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentum nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris. Parce domine parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne in eternum irascaris nobis. letania.
Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison.
Christe audi nos. Christe guberna nos. Christe defende nos.
Pater de celis deus miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus. miserere.

Spiritus sancte deus. Mi.
Sancta trinitas unus ds̄. Mi.
Scā maria ora pro nobis
Sancta dei genitrix. Or.
Sancta virgo virginum. Or.
Sancte michael. Or.
Sancte gabriel. Or.
Sancte raphael. Or.
Omnes sancti angeli et archan-
geli dei. orate pro nobis
Omnes sancti beatorum spi-
rituum ordines dei. Or.
Scē iohannes baptista. Or.
Omnes sancti patriarche et pro-
phete dei. Or.

Sancte petre ora.
Sancte paule. ora.
Sancte andrea. ora.
Sancte iacobe. ora.
Sancte iohannes ora.
Sancte philippe. ora.
Sancte bartholomee. ora.
Sancte thoma ora.
Sancte mathee. ora.
Sancte iacobe. ora.
Sancte symon. ora.
Sancte thadee. ora.
Sancte mathia ora.
Sancta barnaba ora.
Sancte luca ora.

Sancte marce. or.
Omnes sancti apli et euuangeliste dei. or.
Omnes scī innocentes dei. or.
Omnes scī discipuli dnī. or.
Sancte stephane or.
Sancte line. or.
Sancte clete or.
Sancte clemens. or.
Sancte alexander or.
Sancte calixte or.
Sancte urbane or.
Sancte fabiane. or.
Sancte sebastiane. or.
Sancte corneli. or.

Sancte cipriane. or.
Sancte sixte. or.
Sancte laurenti. or.
Sancte uincenti. or.
Sancte georgi. or.
Sancte geruasi. or.
Sancte prothasi. or.
Sancti cosme et damiane. or.
Sancte quintine. or.
Sancte blasi. or.
Sce dyonisij cũ socijs tuis. or.
Sce mauricij cum socijs t. or.
Sce eustachij cũ soc. tuis. or.
Sancte xpofore. or.
Omnes sancti martires dei. or.

90

Sancte silvester. Or.
Sancte gregori. Or.
Sancte martine. Or.
Sancte nicholae. Or.
Sancte ambrosi. Or.
Sancte augustine. Or.
Sancte ieronime. Or.
Sancte germane. Or.
Sancte albine. Or.
Sancte yvo. Or.
Sancte francisce. Or.
Sancte antoni. Or.
Sancte dominice. Or.
Sancte egidi. Or.
Sancte eligi. Or.

Sancte eligi. or.
Sancte iuliane or.
Sancte amande or.
Sancte benedicte or.
Sancte ludouice. or.
Sancte maurine. or.
Omnes sancti confessores dei or.
Scā maria magdalena. or.
Sancta anna or.
Sancta maria cleophe or.
Scā maria salome or.
Sancta felicitas. or.
Sancta perpetua or.
Sancta agatha or.
Sancta petronilla or.

Sancta lucia or

Sancta cecilia. or

Sancta scolastica. or

Sancta katherina. or

Sancta margareta or

Sancta genouefa. or

Sancta columba. or

Sancta eulalia or

Sancta anastasia. or

Sancta praxedis or

Sancta bononia. or

Omnes sancte uirgines dei. or

Omnes sancti et sancte dei. or

Propicius esto parce nobis domine.

Ab omni malo libera nos dn̄e.
Ab insidiis dyaboli. ℟.
A dampnacione perpetua. ℟.
Ab iminentibus peccatorum
nostrorum periculis ℟.
Ab infestacione demonum. ℟.
A spiritu fornicacionis.
Ab immundicia mentis et cor
poris. libera nos domine.
Ab ira et odio et omni mala
voluntate. ℟.
Ab appetitu inanis glorie. ℟.
Ab immundis cogitacionibꝫ
A cecitate cordis ℟.
A fulgura et tempestate. ℟.

A subitanea et improuisa
morte. l.
Per misterium sancte incarna
cionis tue. l.
Per passionem et crucem tuā l.
Per gloriosam resurrectionē
tuam. l.
Per admirabilem ascensio
nem tuam. l.
Per gratiam sancti spiritus paracliti. l.
In hora mortis libera nos d.
In die iudicii. l.
Peccatores. Te rogamus
audi nos.
Ut pacem nobis dones. Te r.

Ut mīa et pietas tua nos custo
diat. te rogamus audi nos.
Ut fructus t're dare et conservare d. t.
Ut ecclesiam tuā sanctam regē
et defensare digneris. te r.
Ut domnū aplicum et omnes g'
dus ecclie in scā religione conś. d. t.
Ut regibꝫ et principibus nr̄is
pacē et veram concordiā don. d. t.
Ut animas nr̄as et parentū
nr̄orum ab eterna dampnacione
eripias. te r.
Ut oculos mīe tue super nos re
ducere digneris te r.
Ut miserias pauperum et cap

tuorum intueri et reuelare dig. te r.
Et omnib; fidelib; defunctis re
quiem eternam dones. te r.
Ut nos exaudire dig. te r.
Fili dei. iij. te rogamus au. nos.
Agnus dei qui tollis peccata mun
di parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis pcca mundi
exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mun
di miserere nobis.
Xpe audi nos. Kyrieleison.
Xpeleison. Kyrieleison. Pater
nr. Et ne nos. Sed libera nos a ma.
Et ueniat sup nos mia tua dne.

Et salutare tuum da nobis.
Esto nobis dn̄e turris fortitudis.
A facie inimici.
Memor esto congregacionis tue.
Quam possedisti ab inicio.
Domine saluos fac reges.
Exaudi nos in die q̄ inuocauimus te.
Saluos fac seruos tuos et ancil
las tuas.
Deus meus sperantes in te.
Fiat pax in uirtute tua.
Et habundancia ī turrib; tuis.
Oremus p fidelib; defunctis.
Requiē eternā domine dona eis.
Domine exaudi orōnem meā.

Et clamor meus ad te ueniat.
Oremus. Oracio
Deus cui proprium est mi
sereri semper et parcere suscip
pe deprecacionem nostram ut quos
delictorum suorum cathena con
stringit miseracio tue pietatis
absoluat. Oracio.
Omnipotens sempiterne deus qui fa
cis mirabilia magna so
lus pretende super famulos tuos
et super congregaciones cunctas
illis commissas spiritum gracie
salutaris. et ut in ueritate tibi com
placeant perpetuum eis rorem

me beatitudinis infunde. Oracio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis dexterā celestis auxilij ut te toto corde perq̄rant et que digne postulant asseqūātur.

Deus a quo sancta Oracio desideria recta consilia et iusta sunt opera da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Oracio.

Exaudi q̄s domine preces supplicum et confitencium

tibi parce peccatis ut pariter nob
indulgenciam tribuas benignus
et pacem. Oracio.

Ure igne sancti spiritus quesumus
domine renes nostros et cor
nostrum ut tibi casto corpore seruiamus
et mundo corde placeamus. Per.

Passio domini nostri ihesu xpisti
secundum iohannem.

In illo tempore. Egressus
ihesus trans torrentem ce
dron ubi erat ortus in
quem introiuit ipse et di
scipuli eius. Sciebat autem et
iudas qui tradebat eum locum

quia frequenter ihc conuenerat
illuc cum discipulis suis. Iudas
autem cum accepisset cohortem
a pontificib; et phariseis mini
stros: uenit illuc cum lanternis
et facibus et armis. Ihesus itaq;
sciens omnia que uentura erāt
super eum: processit et dixit eis.
Quem queritis. Responderunt
ei. Ihesum nazarenum. Dicit eis
ihūs. Ego sum. Stabat autem
et iudas qui tradebat eum cum
ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum.
abierunt retrorsum. et ceciderūt
in terram. Iterum ergo eos int

rogauit. Quem queritis.
Illi autem dixerunt. Jhesum na
zarenum. Respondit ihesus. Dixi
uobis quia ego sum. Si ergo
me queritis: sinite hos abire.
Ut impleretur sermo quem di
xit: quia quos dedisti michi non
perdidi ex eis quemquam. Symon
ergo petrus habens gladium
eduxit eum. et percussit pontifi
cis seruum: et abscidit auricu
lam eius dextram. Erat autem
nomen seruo: malchus. Dixit
ergo ihesus petro. Mitte gladium
tuum in uaginam. Calicem

quem dedit michi pater non vis
ut bibam illum. Cohors ergo et
tribunus et ministri iudeorum
comprehenderunt ihm: et ligaue
runt eum. et adduxerunt eum ad
annam primum. Erat autem
sacerdos cayphe qui erat pontifex
anni illius. Erat autem caypha[s]
qui consilium dederat iudeis: q[ui]a
expedit unum hominē mori p[ro]
populo. Sequebatur autem ihe
sum symon petrus: et alius disci
pulus. Discipulus autem ille erat
notus pontifici: et introivit cum
ihū in atrium pontificis. Petrus

autem stabat ad hostium foris.
Exiuit ergo discipulus alius qui e
rat notus pontifici: et dixit hosti
arie et introduxit petrum. Dixit
ergo petro ancilla hostiaria. Nu
quid et tu ex discipulis es hominis
istius. Dicit ille. Non sum. Sta
bant autem servi et ministri ad
prunas: quia frigus erat. et cale
faciebant se. Erat autem cum eis
et petrus stans et calefaciens se.
Pontifex ergo interrogavit ihm
de discipulis suis: et de doctrina
eius. respondit ei ihs. Ego palam
locutus sum mundo: ego semper

docui in synagoga. et in templo
quo omnes iudei conueniunt
et in oculto locutus sum nichil.
Quid me interrogas. Interroga
eos qui audierunt: quid locut'
sum ipsis. Ecce hy sciunt quid
dixerim ego. Hec autem cum di
xisset unus assistens ministror(um)
dedit alapam ihesu dicens. sic re
spondes pontifici. Respondit ei
ihesus. Si male locutus sum: te
stimonium perhibe de malo. si
autem bene: quid me cedis. Et
misit eum annas ligatum ad
caypham potificem. Erat autem

symon petrus stans et calefaciẽs
se. Dixerunt ergo ei. Numquid et
tu ex discipulis eius es. Negauit
ille et dixit. Non sum. dicit unus
ex servis pontificis: cognatus ei[us]
cuius abscidit petrus auriculã.
Nonne ego te vidi in orto cum
illo. Iterum ergo negauit petru[s]
et statim gallus cantauit. Ad
ducunt ergo ihm̃ ad caypham
in pretorium. Erat autem ma
ne. Et ipsi non introierunt in
pretorium ut non contamina
rentur: sed ut manducarent pa
scha. Exiuit ergo pylatus ad eos

foras: et dixit. Quam accusacio
nem affertis adversus hominē
hunc. Responderunt et dixerunt
ei. Si non esset hic malefactor
non tibi tradidissemus eum.
Dixit ergo pylatus eis. Accipite
eum vos et secundum ūram
iudicate eum. Dixerunt ergo
ei iudei. Nobis non licet interfi
cere quemquā. Ut sermo ihū imple
retur quem dixit. significans q̄
morte esset moriturus. Introivit
ergo in pretorium pylatus iterū:
et vocavit ihesum: et dixit ei. Tu
es rex iudeorum? R̄ndit ihūs. A

metipso hoc dicis.

te metipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me. Respondit pylatus. Numquid ego iudeus sum: Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti: Respondit ihesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si esset ex hoc mundo regnum meum: ministri mei utique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hic. Dixit itaque pylatus. Ergo rex es tu. Respondit ihesus. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum. et ad hoc veni in hunc mundum:

ut testimonium perhibeam ueri
tati. Omnis qui est ex ueritate:
audit uocem meam. Dicit ei py
latus. Quid est ueritas. Et cum
hoc dixisset: iterum exiuit ad iu
deos et dicit eis. Ego nullam
inuenio in eo causam. Est aūt
consuetudo uobis ut unum
dimittam in pascha. Vultis
ergo dimittam uobis regē iu
deorum: Clamauerunt iter
rum omnes dicentes. Non hūc
sed barraban. Erat autem bar
rabas latro. Tunc ergo apprehē
dit pylatus ihm: et flagellauit

Et milites complectentes coronã
de spinis imposuerunt capiti ei⁹
et ueste purpurea circumdederunt
eum: et ueniebant ad eum et di
cebant. Aue rex iudeorum. Et
dabant ei alapas. Exiuit iterum
pylatus foras: et dixit eis. Ecce
adduco eum uobis foras: ut
cognoscatis. quia in eo nullã
causam inuenio. Exiuit ergo ihe
sus portans spineam coronã
et purpureum uestimentum.
Et dicit eis pilatus. Ecce homo.
Cum ergo uidissent eum pon
tifices et ministri: clamabant

dicentes. Crucifige crucifige eũ. Dicit eis pylatus. Accipite eum nos et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam. Responde runt iudei. Nos habemus legem. et secundum legem debet mori: quia filium dei se facit. Cum er go audisset pylatus hunc sermo nem magis timuit. Et ingress' est pretorium: et dixit ad ihm. Unde es tu? Jhũs autem respon sum non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo cru cifigere te et potestatem habeo di

mittere te. Respondit ihus. Non ha
beres potestatem aduersum me
ullam. nisi tibi esset datum desu
per. Propterea qui tradidit me
tibi: maius peccatum habet. Et
exinde querebat pylatus dimittē
eum. Judei autem clamabant
dicentes. Si hunc dimittis: nō
es amicus cesaris. Omnis enī
qui se regem facit: contradicit ce
sari. Pylatus autem cum au
disset hos sermones: adduxit fo
ras ihm et sedit pro tribunali ī
loco qui dicitur licostratos. hebra
ice autem golgota. Erat autē pa

rasceue pasche: hora quasi sexta
Et dicit iudeis. Ecce rex vr̃. Illi
autem clamabant. Tolle tolle
crucifige eum. Dicit eis pylat⁹.
Regem uestrum crucifigam.
Responderunt pontifices. Non
habemus regem nisi cesarem.
tunc ergo tradidit eis ihm̃: ut
crucifigeretur. Susceperunt aũt
ihm̃ et eduxerunt. Et baiulãs
sibi crucem: exiuit in eum qui
dicitur caluarie locum hebrai
ce golgotha: ubi eum crucifi
xerunt. Et cum eo duos alios
hinc et inde: medium autem

ihm. Scripsit autem et titulum
pylatus: et posuit super crucem
Erat autem scriptum: ihesus
nazarenus rex iudeorum. Hunc
autem titulum multi legerunt
iudeorum quia prope civitatem
erat locus ubi crucifixus est ihesus
Et erat scriptum hebraice gre
ce et latine. Dicebant ergo pyla
to: pontifices iudeorum. Noli
scribere rex iudeorum: sed quia
ipse dixit rex sum iudeorum. Re
spondit pylatus. Quod scrip
si scripsi. milites ergo crucifix
sent eum acceperunt vestimen

ta eius: et fecerunt quatuor par
tes. unicuiq; militi partem: et
tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis desuper contexta
per totum. Dixerunt ergo mi
lites ad inuicem. Non scindamꝰ
eam sed sortiamur de illa cuius
sit. Vt scriptura impleretur di
cens. Partiti sunt uestimenta
mea sibi: et sup uestem meam
miserunt sortem. Et milites
quidem hec fecerunt. Stabant
autem iux̄ crucē ihū mater eiꝰ
et soror matris eius maria cleo
phe: et maria magdalene. Cū

Cum vidisset ergo ihc matrem et disci
pulum stantem quem diligebat
dixit matri sue. Mulier: ecce filius
tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora accepit
eam discipulus in suam. Post
hec sciens ihus quia iam omnia
consummata sunt ut consum
maretur scriptura dixit. Sitio.
Vas ergo positum erat: aceto ple
num. Illi autem spongiam ace
to ysopo circumponentes obtu
lerunt ori eius. Cum ergo acce
pisset ihus acetum: dixit. Con
summatum est. Et inclinato ca

pite: tradidit spiritum. Iudei ergo
parasceue erat ut non remanerent
in cruce corpora sabbato: erat enim
magnus dies ille sabbati. Roga
uerunt pylatum ut frangeren
tur crura eorum et tollerentur.
Venerunt ergo milites et quidem
primi fregerunt crura: et alterius
qui crucifixus est cum eo. Ad ihe
sum autem cum uenissent. et
uidissent eum iam mortuum
non fregerunt eius crura. Sed
unus militum lancea latus eius
aperuit: et continuo exiuit san
guis et aqua. Et qui uidit testimo

nium perhibuit: et uerum est
eius testimonium. Et ille scit q̃
uera dicit: ut et uos credatis. Fac
ta sunt enim hec ut scriptura ĩ
pleretur. Os non comminuetis
ex eo. Et iterum alia scriptura. D
icunt: videbunt in quem transfixerunt.
Post hec autem rogauit
pylatum ioseph ab ari
mathia eo quod esset discipulus
ihū. occultus autem ꝓpter metū
iudeorum: ut tolleret corpus
ihū. Et ꝑmisit pylatus. Venit
ergo: et tulit corpus ihū. Venit
autem et nichodemus qui uene

rat ad ihm nocte primu: ferens
mixturam mirre. et aloes: qua
si libras centum. Acceperunt er
go corpus ihu: et ligauerunt eu
linteis cum aromatibz: sicut mos
est iudeis sepelire. Erat autem i
loco ubi crucifixus est ortus et i
orto monumentum nouum
in quo nondum quisq positus
fuerat. Ibi ergo propter parasce
ne iudeorum quia iuxta erat
monumentum: posuerunt eu.
Passio domini nri ihu xpi
In illo tempore. Scdm iohanne.
Apprehendit pylatus ihm

et flagellauit eum

et flagellauit eum. Et milites
plectentes coronam de spinis
imposuerunt super caput eius.
Et ueste purpurea circumdederūt
eum. Et ueniebāt ad eum et di
cebant. Aue rex iudeorum. Et da
bant ei alaphas: expuentes in
eum. Acceperunt arundinē:
et percuciebant caput eius. Su
sceperunt autem milites ihm̄:
baiulant sibi crucem. Et exierūt
in illum locum qui dicitur cal
uarie locus. Et ibi crucifixerunt
eum. et cum eo duos alios hinc
et inde: medium autem ihm̄.

Postea sciens ihūs omnia que
uentura erant sup eum dixit.
